

die
12. tit.

sequitur est
m. 3.
atus eius
d. 19.
to.
24, se
est ad Sanc
ionem unam
fecit ordi
vir valle
m. 11 d. 12.
Forensis
est monach
7.
15.
m. 4. spe
cit. Cuius
negitia
bus incho
diepiscopis
ipse iniquis
la duit. Tunc

omnes Romani uno consensu et una voluntate clerici atque laici rogaverunt imperatorem, ut sancte matri ecclesie dignum pontificem et pium rectorem tribueret. Facta itaque postulatione atque petitione universi populi hanc a domino imperatore accipere responsum: Eligite qui dignus sit et ego libentissime eum vobis concedo. Stantique cuncti clerici quique laici elegerunt dominum Leonem, virum venerabilem, protoscriniarium summę sedis apostolicę. Idem ex patre Iohanne protoscriniario natione Romanus de regione, quę vocatur divus argentarii, vir strenuus et omni honestate preclarus. Et consecraverunt eum Romanus pontificem per mensuram Decembrium in Lateranensi patriarchio. Hic fecit ordinationes in eodem mense presbyteros 7 diaconos 2. Hic sedit a. 1 m. 3 et cessavit episcopatus eius. Ipso denique vivente iniquum consilium a Romanis expertum est, quemadmodum dominum Leonem foras eicerent et sceleratum illum, qui in Campanię partibus latitabat reducerent. Quod et factum est. Unde maxima fames et ingens persecutio in civitate Romana evenit, quia Dei opitulante clementia predictus dominus Leo sanus et illerus a civitate exivit et ubi dominus imperator cum suo exercitu in partibus Politi erat, advenit. Qui honorifice ab eo susceptus est. Stantique armat milites, munit custodias et contra Romanos maximas insidias preparat. Quo veniente in Preatinam civitatem, Romani nuntii ante suam presentiam venerunt, qui ei mortem sceleratissimi Iohannis nuntiaverunt et de electione vel consecratione Benedicti diaconi rogaverunt, sed nichil ab eo optinere poterunt. Quando dimisso ense meum, tunc dimittam, ut dominum Leonem papam in cathedram S. Petri non restituum. Nuntii vero reversi sine consensu et voluntate imperatoris eundem Benedictum diaconum Romanum pontificem elegerunt. Quod audiens dominus imperator magis in furore et ira exarsit et undique circumvallavit civitatem Romanam, per diversas civitates oppida atque castella cepit depredari, incendere atque devastare et funditus dissipare. In tantam itaque penuriam et captivitatem eam adduxit, ut modius furturis vendideretur 30 denariis. Coangustiati et afflicti Romani et tam pressum malum sustinere non valentes, innocentem Benedictum imperatori tradiderunt et dominum Leonem in apostolicam sedem susceperunt, spondentes ei, et domino imperatori super corpus S. Petri apostoli iterum per sacramentum. Remisit eis quanta et qualia mala ab ipsis perpeccus est et ita dominus imperator a civitate Romana in partes Gallię secessit.

Leo octavus natione Romanus ex patre protoscriniario sedit a. 1 m. 3. Benedictus quartus natione Romanus ex patre Iohanne sedit m. 2 d. 2, qui domino Leonis papa vivo subspiciatur, sed a Romanis, ut prescriptum est, Ottoni magno imperatori traditur, ultra Alpes in Saxonia longo in Bremensi archiepiscopatu vitam finivit exilio; cuius ossa iussu Lercii Ottonis Romam reportata venerabiliter sepulta sunt. Iohannes XIII episcopus Narriensis natione Romanus ex patre Iohanne episcopo sedit a. 6 m. 11 d. 5. Tunc eundem mortuo Leone omnes Romani a minimo usque ad maximum una concordia et uno consensu atque spontanea voluntate elegerunt sibi dominum reverentissimum et pium Benedictum et honorifice eruditum de divinis et canonicis libris. Nam a cunabulis in clericali ordine doctus, in Lateranensi palatio officarius, psalmista, lector, exorcista, acolytus, subdiaconus, diaconus, et in eadem Romana ecclesia per distinctos gradus ordines est ordinatus. Sed postquam ita Deo volente legitime et canonice pontifex est ordinatus. Sed postquam Rodfredo comite et Petro prefecto cum populo Romano et missus in exilium in Campaniam et mansit in ipso exilio menses 2 et dies 16 comprehensus est a Rodfredo reversus est Romam, facta cum populo Romano et missus in exilium in Campaniam et mansit in ipso exilio menses 10 et dies 28. Post mortem vero Rodfredi reversus est Romam, magnam vindictam de populo Romano fecit et in patibulo suspendit et in exilium misit. Qui omnes dies vite sue sedit ann. 6 m. 11 d. 5.

Benedictus quintus natione Romanus ex patre Hildibrando sedit a. 1 m. 6 et consilio Malefici strangulatus est in castello sancti Angeli. Bonifacius septimus qui et Malefactus natione Romanus ex patre Perucio sedit m. 1 d. 12. Benedictus sextus natione Romanus ex patre David sedit a. 9 et divitium.